

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843,  
enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von  
Bd. 2 des Autographs (19 555-2)

zu Bild Nr.

0425

0423

0429

0419

0434

parochia, in hanc ingressi fuimus eamque lustravimus cum  
derisione superstitiosi et fatui ritus Sarracenorum.

0414

Quidam miles de peregrinis, aliis de muschea fugientibus  
metu Sarracenorum, mansit in ea et grayatus somno posuit se  
in ea dormitum et obdormivit; dum autem coenare deberemus,  
non apparuit ille et cœcurrimus per campum ad quaerendum  
eum, sed minime invenimus, nec erat cuiquam suspicio, quod  
in muschea quiesceret, propter periculum, quia, si aliquis  
Sarracenus eum in fano reperisset, vel eum occidisset vel  
captivum duxisset. Et eramus multum turbati de perditione  
socii. Tandem autem, dum satis dormivisset, de muschea  
venit ad nos et duplex gaudium habuimus pro eo, scilicet,  
quod non fuit perditus et pro eo, quod a nullo Sarraceno fuit  
inventus. Dispersi autem sumus per campum et ligna colle-  
gimus pro igne ad instaurandam coenam et coquendum pro  
prandio futurae diei, ut supra dictum est. Coena autem facta  
quieti nos dedimus, ordinatis tamen vigilibus, sicut patuit  
supra.

0474

0374

0524

0324

0924

411

### Processus in desertum Cades Barneae.

Undecimo die, qui est Protei et Jacynthi martyrum, sed  
et Felicis et Regulae martyrum apud Thuregum quiescentium,  
ante lucem excitati fuimus et ad recessum nos disposuimus,  
cum multis autem rixationibus et clamoribus bestias oneravim-  
us et camelarii nos et nos eos valde turbavimus, quia insi-  
deliter egerunt nobiscum, ut praecedenti die dictum est. Inde  
autem recedentes in campum sterilem et latissimum venimus,  
cujus finem videre non potuimus, nisi a parte occidentali, ubi  
mari magno terminabatur, quod tamen longe distabat.

Ende

Porro in illis campestribus nec homines nec bestias vidi-  
mus, nec habitationes, nec domos, nec arbores, nec grama-  
næ arbusta, (b) sed solum terram arenosam et solis ardori-  
bus adustam. Per hanc latitudinem processimus multis horis  
cum taedio afficti calore solis. Post meridiem autem in ter-  
ram venimus tumorosam et collibus inaequalem sed sterilem,  
et ibi inter duos colles tentoria fiximus hora vespertina. Dice-  
batur autem locus arabice Chawatha, in quo multa signa et

Anfang

